



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Qualis Dei erga suos sit prouidentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Deuter. 22. 8. Prædicare super tecta, parcemia erat, quum publice res promulgabatur. Quod ad lectionem attinet monet Luc. Brugenſis nonnullam diuerſitatem fuiſſe.

VERSVS 28.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius time eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

QVÆSTIO I.

Quæ mala Christianis timenda ſint?

Mors temporaria non timenda.

§. 1. **D**E conuictis, & ſiniſtra fama contemnenda dixit; nunc de cruciatu agit, & morte, & contra eorum metus operoſius illos munit. Maiorem enim horrorem incuriunt tormenta, & mortes, quam verba. Ratio eſt egregia. Non eſt ille timendus, qui in vitam corporis, alioqui dimittendam, poteſtatem exercet, ſed ille, qui & corpus occidere, & animam perdere poteſt, & corpus in gehennam. Tyranni crudelitas diu ſeruare non poteſt; ſi atrociam iubeat, cito deficit corporis imbecillitas, in animum ius ille nullum habet, at Deus, ſi eum negaueritis, & animam, & corpus æterno ſupplicio addicere poteſt.

Medicorum atheiſmus.

§. 2. Hinc medicorum quorundam inſania confutatur, qui Galenum ſecuti, ut arbitrantur, animam nihil reſeruat quandam, ſeu qualitatum miſturam, & con-temperationem exiſtimant. Si enim perdi, & cruciari anima poteſt, ſubſtantia viua eſt, nec à corpore dependens. Corpus igitur occidunt illi quidem, animam minime, quæ tamen ſi reſeruat eſſet, & corporis qualitas, eo in puluerem redacto euaneſceret. Optime S. Cyprian. Ep. 56. ad Tibaritanos. Venit, inquit, Antichriſtus, ſed & ſuperuenit Chriſtus. Grauat & ſauit inimicus, ſed ſtatim ſequitur Dominus paſſiones noſtras & vulnera vindicaturus. Iraſcitur aduerſarius & minatur, ſed eſt qui poſit de eius manibus liberare. Ille metuendus eſt, cuius iram nemo poterit euadere, ipſo præmonente & dicente: Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.

Ultra mortem ſeruando non nocet occiſo, ſed ipſe ſe infamat.

Et in eundem ſenſum Athan. ad Antiochum q. 17. Vnde, ait, poteſt declarari, quod tempore mortis, non vna cum corpore moriatur anima quoque? ſic enim quidam opinantur. Reſponſio. Verbum Chriſti & Dei noſtri clariſime nos docet, quod corpus noſtrum mortale, & quod immortalis ſit anima noſtra. Inquit enim Chriſtus: Nemetatis ab iſtis qui occidunt corpus, animam vero non poſſunt occidere. Vnde conſtat quod anima hominis immortalis ſit, & à Deo exiſtat.

Opus eſt hiſce diſputationibus contra eos qui occulte impietatem inſillant, & atheiſmum. Si enim anima eſt temperatura, non eſt reſurrexio, perierunt omnia virtutum decora, & vitiolorum opprobria. Sunt hæc contra ipſam, qua nituntur Philoſophiam, verum ad nequitiam illis ſatis eſt, rem controuerſam feciſſe: ut ſi homines de virtutum præmiis, & vitiolorum pœnis dubios effecerint, faciant Dei contemptores. Audiant S. Ambroſ. l. 6. Exameron. Anima igitur noſtra ad imaginem Dei eſt. In hac totus eſt homo, quia ſine hac nihil eſt, ſed eſt terra & in terram reſoluetur. Denique ut ſcias quia ſine anima caro nihil eſt, Nolite, inquit, timere eos qui poſſunt corpus occidere, animam autem non poſſunt. Quid igitur in carne præſentis qui nihil amittis ſi carnem amiferis? Sed illud time, ne animæ tuæ defrauderis auxilio. Quam enim debet homo commutationem pro anima ſua, in qua non exigua ſui portio, ſed totius humanæ vniuerſitatis ſubſtantia eſt. Hæc eſt per quam ceteris ſerarum auumq, dominari animantibus: hæc eſt ad ima-

Homo ſine anima pulvis.

§. 1. **A**than. l. 3. contra Arianos probat Deum eſſe rerum etiam minimarum creatorem. Quod ſi, ait, Deum quaſi ſaſtidiolum dedignabundumq, creandi, vnum mandataxat ſilum condidiſſe velint, eique conditor reliqua deinde condenda mandaſſe quaſi vicario, & ſuccenturiato, id eſt indignum Numine in quo nihil eſt ſaſtus, & ab ipſo Dominoreſellitur, cuius ea verba ſunt: Nonne duo paſſeres aſſe veniunt? non tamen ne vnus quidem ex iſe in terram cadet ſine patre viſtro, qui eſt in cœlis.

ginem Dei corpus autem ad ſpeciem beſtiarum. In hac piæ diſtinctione imitationis inſigne, in illo cum ſeris ac belluis vile conſortium.

Quin & Tert. ex his verbis tam reſurrectionem, quam animæ immortalitatem aſſerit, de reſurr. c. 34. Porro autem recipimus animæ immortalitatem, ut perditæ non in interitum credatur, ſed in ſupplicium, id eſt, in gehennam. Et ſi ita eſt, iam non animam ſpectabit ſalus ſaluam, ſcilicet ſua natura per immortalitatem, ſed carnem potius, quam interibilem conſtat, apud omnes. Aut ſi & anima interibilis, id eſt non immortalis, quod & caro, iam & carni forma illa ex aquo proſpicere debet, proinde mortali & interibili, qua id quod perit, ſaluam ſaciurus eſt Dominus.

VERSVS 29. 30. 31.

Nonne duo paſſeres aſſe veniunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre vſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.

QVÆSTIO I.

Qualis Dei erga ſuos ſit prouidentia?

§. 1. **C**onſolationis efficacia, & ſuauiſ in eo maxime conſiſtit, quod certo nobis conſtet, niſi hil poſſe omnem Satanæ molitionem, aut impetum, niſi quantum diuina prouidentia permiferit. Loqui- tur enim de peculiani prouidentia, qua amicos ſuos dignatur, non quod aliarum rerum non etiam cognitionem directionemque habeat. Tertullianus ad ſolos electos reſtringit, l. de reſurr. carnis. Nam eſſi paſſeribus hoc non licet, ſed nos multis paſſeribus aſſiſtamus, eo quod cadentes reſurgamus. Quorum denique capillos capiti omnes numeratos aſſiſtamus ſaluos vtiſque reſpromittit, perituros enim quæ ratio in numerum redeſſet?

§. 2. Caluiniſeam prouidentiam ſibi imaginatur, quæ omnem contingentiam tollat, & abſolutam omnium euentuum neceſſitatem inducat. Verum tam à ſuis, tam vero à Catholicis ſolide reſutatus eſt. Abſolutam ſane neceſſitatem Bertius etiam nondum Catholicus doctè fortiterque confutauit l. de apoſtaſia ſinctorum, & olim Auguſtinus. Deus enim nec prouidendo, nec videndo cogit eſſe quod prouidet, aut videt. Eodem modo arguitur Franc. Bröckeruſſiam ſi eſt prouidentia, inquit, ergo in vnâ partem omnia determinata, ergo abſolute neceſſaria. Reſpondent tamen Philoſophi & Theologi: prouidentiam non efficere vi neceſſario eueniat, niſi quorum cauſæ neceſſariæ ſunt, quæ vero cauſas habent cōtingentes, etiam contingenter, quamuis inſalubriter, euentura præuide. Itaq; cōtinua moderatione, & procuratione mundus gubernatur, cōditione variæ mortalibus proponuntur. Vide Athan. q. 70. ad Antiochum, & 101.

QVÆSTIO II.

An Deus minimarum rerum ſit creator?

§. 1. **A**than. l. 3. contra Arianos probat Deum eſſe rerum etiam minimarum creatorem. Quod ſi, ait, Deum quaſi ſaſtidiolum dedignabundumq, creandi, vnum mandataxat ſilum condidiſſe velint, eique conditor reliqua deinde condenda mandaſſe quaſi vicario, & ſuccenturiato, id eſt indignum Numine in quo nihil eſt ſaſtus, & ab ipſo Dominoreſellitur, cuius ea verba ſunt: Nonne duo paſſeres aſſe veniunt? non tamen ne vnus quidem ex iſe in terram cadet ſine patre viſtro, qui eſt in cœlis.

Si enim gubernat ſingula, ſi in numero tenet & paſſe-